Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Capvt Qvartvm

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

... differentias superiori generi [illegible] Corporeo et
[illegible] conveniunt quatenus corpus et Angelus in
nulla differentia constitutiva convenire possunt.
Sed neque maior difficultas in divisivis esse videtur, siquidem
omnis differentia constitutiva respectu superioris est
divisiva: Igitur sicut planta et animal in corporeo con-
veniunt quatenus constituit corpus; ita in eodem con-
veniunt quatenus dividit substantiam et similiter
sicut animal terrestre et aquatile conveniunt in
bipede quae nominatur quoddam genus subani-
mali constituit, ita in eodem conveniunt quae
animal in bipes et quadrupes etc. dividitur.

CAPUT QUARTUM

Dividuntur Incomplexa in 10 praedicamentorum classes.

Hoc est ultimum caput ante praedicamentorum in
quo Aristoteles dividit voces incomplexas et ex instituto
significantes, in decem categorias seu praedica-
menta. Cum ait quaedam eorum quae secundum nullam
complexionem dicuntur, unumquodque aut substantiam, aut quan-
tum, aut quale, aut ad aliquid, aut ubi aut quando
aut situm esse aut habere aut agere aut pati
significat. Alias vero cum Aristoteles in hoc libello non ac

potiꝰ quam conceptꝰ vel res in prædicamenta di-
stinguerit ea est quod in reliquis libris Logi-
cis quibus iste [illegible] enuncia-
tiones et argumentationes ac syllogismi docentur
ab eadem Arte quæ cum ex vocibus seu partibus in-
tegrantibus constent idcirco hic voces in certas
classes digeri oportebat ex quibus classibus apta
nomina ad enunciationes et argumentationes con-
ficiendas possent depromi. Cur autem vocales
potiꝰ quam mentales argumentationes et syllogismi et
demonstrationes ab Arte atque etiam aliis Dialecti-
cis explicentur recte docet Fon. li. [illegible]
c. 7. qui vel omnis .l. 2. c. 9. recte monet
vocabulorum dispositionem ita pendere a rerum
dispositione ut sine ea intelligi non possit
ex rerum vero dispositione cognita sua quasi
sponte, sine ullo negotio intelligatur. Quam
ob causam in singulis fere prædicamentis
rerum tantummodo, vocum autem vix ulla mentio ha-
betur quamvis ut dixi omnis rerum dispositio
ab Arte ideo tractetur ut vocabulorum dispo-
sitio constet, quod etiam ex Boetio recte etiam docet
Aureolus in 1. dist. 23. a. 2. et ex S. Da-

magistro Decano Quodl. n. pag. 234 [illegible]
et alij [illegible]

QVÆSTIO PRIMA

De prædicamentis generatim.

Antequam ad prædicamenta in specie accedas nonnulla alia de prædicamentis in coi præmitten da sunt: Tum ut ea quæ hactenus ab Arist.le dicta sunt melius intelligantur. Tum etiam ut sciatur, quænam et quomodo in prædicamentis collocanda sint.

ARTICVLVS PRIMVS

Quid sit prædicamentum?

Categoria sive prædicamenti nomen, olim idem significabat quod hodie prædicatum, sed iuxta præsentem loquendi usum duo potissimum significat. Primum sola 10 summa genera, nempe Substantiam, Quantitatem, etc. Cum enim hæc univocè de suis inferioribꝫ ita prædicentur et nulli alij subijciantur merito per Antonomasiam denominari posse videntur categoriæ seu prædicamenta, sive prædicata: nempe suprema et præstantissima. Deinde categoria seu prædicamentum plurium prædicatorum